

Cambridge University Press

978-1-108-04686-2 - Annales Monasterii S. Albani A.D. 1421–1440: A Johanne Amundesham,
Monacho, Ut Videtur, Conscripti: Volume 2

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

ANNALES MONASTERII SANCTI
ALBANI,

A JOHANNE AMUNDESHAM, MONACHO
UT VIDETUR, CONSCRIPTI,
CONTINUATI.

[MS. COTTON. CLAUDIUS D. I.]

25844.

A

Cambridge University Press

978-1-108-04686-2 - Annales Monasterii S. Albani A.D. 1421–1440: A Johanne Amundesham,
Monacho, Ut Videtur, Conscripti: Volume 2

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

Cambridge University Press

978-1-108-04686-2 - Annales Monasterii S. Albani A.D. 1421–1440: A Johanne Amundesham,
Monacho, Ut Videtur, Conscripti: Volume 2

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

ANNALES MONASTERII SANCTI
ALBANI,

A JOHANNE AMUNDESHAM, MONACHO, UT VIDETUR,
CONSCRIPTI,
CONTINUATI.

[MS. COTTON. CLAUDIUS D. I., fol. 111 b.]

*Litteræ Certificatoriae, supradictis Epistolis Mandato-
riis responsiva.*

“ Reverendo discretionis viro, Magistro Ricardo Cor- Letters
“ done, Legum Doctori, Archidiacono Roffensi, Com- Certifica-
“ pulsori, sive Executori, sub forma et mandato vestro answer to
“ reverendo Rescripto et Litteris Compulsoriis origina- the Letters
“ libus, quibus idem vestrū mandatum ac præsens Manda-
“ certificatorium sunt annexa, annotata, et descripta, tory.
“ et, prout in eisdem describitur, sufficienter et legitime A.D. 1435.
“ deputato, vester humilis et devotus, Johannes Wellis,
“ litteratus, nuncius vester juratus et mandatorius in
“ hac parte, et ad infrascripta sufficienter deputatus,
“ obedientiam et omnimodam reverentiam, cum ho-
“ nore. Mandatum vestrū, ¹ immo verius, Apostoli-
“ cum, retroscriptum, sexto die mensis Aprilis, anno
“ Domini millesimo quadringentesimo tricesimo quinto,
“ recepi, cum ea qua decuit reverentia et honore, sub eo
“ qui sequitur tenore verborum.—‘Geminianus de Prato,
“ ‘Dei’ ² et cetera. Cujus auctoritate mandati vestri,

¹ *ymo* in MS.

| ² See Vol. I., p. 390.

Cambridge University Press

978-1-108-04686-2 - Annales Monasterii S. Albani A.D. 1421–1440: A Johanne Amundesham,
Monacho, Ut Videtur, Conscripti: Volume 2

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

A.D. 1435. “¹ immo verius, Apostolici, prædicti, venerabiles et
 “ religiosos viros, Abbatem et Conventum exempti
 “ Monasterii Sancti Albani, in dicto mandato vestro
 “ nominatos, octavo die dicti mensis Aprilis infra mo-
 “ nasterium eorum prædictum, juxta omnem vim, for-
 “ mam, et effectum, mandati vestri antedicti, monui
 “ primo, secundo, et tertio, ac peremptorie quarto, ut
 “ jura, litteras, scripturas, et munimenta quæcunque,
 “ causam et causas in dictis litteris vestris descriptis
 “ tangentia, penes eos et in eorum custodiis sive ar-
 “ chivis existentia, coram vobis, aut alio in hac parte
 “ Compulsore, sive Executore, in Ecclesia Cathedrali
 “ Sancti Pauli, Londoniis, pro tribunali sedente, vice-
 “ simo septimo die ejusdem mensis Aprilis, sub poenis
 “ et censuris in Litteris Compulsoriis prædictis speci-
 “ ficatis, juxta earundem Litterarum Compulsoriarum
 “ exigentiam, producant et exhibeant, productive, seu ex-
 “ hiberi, faciant realiter cum effectu. Deinde vero Ricar-
 “ dum Whitman et Margaretam, ejus uxorem, in dicto
 “ mandato vestro plenius descriptos, apud Crokesle-
 “ grene in Parochia de Rikmersworthe, Lincolniensis
 “ ² Diceesis, decimo-quarto die dicti mensis Aprilis, per
 “ me personaliter apprehensos, in præsentia discreto-
 “ rum virorum, Thomæ Heyne, Publici, auctoritate
 “ Apostolica, Notarii, ac Ricardi Fox et Johannis Kent,
 “ testium ad hoc vocatorum et rogatorum, præsentia,
 “ peremptorie citavi, quod legitime compareant coram
 “ vobis, aut alio in hac parte Compulsore, in Ecclesia
 “ Sancti ³ [Pauli], Londoniis, vicesimo septimo die
 “ mensis Aprilis proxime futuro, cum continuazione et
 “ prorogatione dierum tunc sequentium, et locorum,
 “ usque ad finalem expeditionem sive executionem hu-
 “ jusmodi negotii Compulsorii, jura, litteras, scripturas,
 “ privilegia, et munimenta quæcunque, per partem dic-
 “ torum Abbatis et Conventus, coram vobis, ut præ-

¹ *ymo* in MS.² *Diocesis* in MS.³ Omitted in MS.

Cambridge University Press

978-1-108-04686-2 - Annales Monasterii S. Albani A.D. 1421–1440: A Johanne Amundesham,
Monacho, Ut Videtur, Conscripti: Volume 2

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

“ fertur, exhibenda, transumenda, et producenda, necnon A.D. 1435.
 “ et alia jura, acta, litteras, scripturas, processus, et
 “ munimenta quaecunque, per alias quoscunque coram
 “ vobis, ut præfertur, producenda, extrahenda, transu-
 “ menda, et exhibenda, eaque omnia et singula, ac
 “ eorum signa et sigilla, visuri et recognituri; et in
 “ casu quo negata fuerint, probationesque quascunque
 “ legitimas in ea parte ministrari, etiam testes super
 “ hoc recipi et jurari, visuri; hujusmodique producenda
 “ et exhibenda quaecunque coram vobis debiti juris
 “ forma transumi, transcribi, et exemplificari, atque
 “ ipsa originalia producenda sic, et exhibenda, debite,
 “ fideliter, et plene, collationari cum eorum transumptis
 “ et exemplificatis, ac decretum et decreta vestra
 “ quæcunque in hac parte legitime interponi et fieri
 “ etiam visuri et audituri, ulteriusque fieri, statui, et
 “ decerni in præmissis, et ea concernentibus, quod juris
 “ fuerit, et rationis. Intimavi insuper palam publice
 “ et expresse tunc ibidem præfatis Ricardo Whitman et
 “ Margaretæ, ejus uxori prædictæ, quod sive ipsi, dictus
 “ Ricardus Whitman et ejus uxor, coram nobis dictis die
 “ et loco ¹ comparuerunt, sive non, vos, Ricardus, Com-
 “ pulsor antedictus, eisdem die et loco prædictis, cum
 “ continuatione et prorogatione dierum tunc sequen-
 “ tium, et locorum, in hujusmodi Compulsorio negotio,
 “ in omnibus et singulis actis in ipso negotio gradatim
 “ ² et successive fiendis et habendis, usque ad finalem
 “ expeditionem hujusmodi negotii inclusive procedetis,
 “ ipsorum Ricardi Whitman et ejus uxoris absentia
 “ seu contumacia in aliquo non obstante. In quorum
 “ omnium et singulorum præmissorum fidem et testi-
 “ monium, præsentes meæ Certificationis Litteras, seu
 “ præsens publicum instrumentum, exinde fieri, et præ-
 “ dictum Thomam Heyne, Notarium Publicum sub-
 “ scriptum, in præmissis omnibus et singulis dicto

¹ Sic in MS.| ² Repeated in MS.

Cambridge University Press

978-1-108-04686-2 - Annales Monasterii S. Albani A.D. 1421–1440: A Johanne Amundesham,
Monacho, Ut Videtur, Conscripti: Volume 2

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

A.D. 1435. “ quarto-decimo die mensis Aprilis, per me, ut præ-
 “ fertur, ¹excitum, mecum, una cum testibus supra-
 “ scriptis præsentem, subscribi et publicari, ipsiusque
 “ signo et superscriptione communiri, feci. Ac in fidem
 “ et testimonium etiam præmissorum, sigillum Decani
 “ Decanatus de Croydone, jurisdictionis immediatæ Ec-
 “ clesiæ Christi Cantuariæ, præsentibus apponi procu-
 “ ravi.

“ Et nos, Decanus Decanatus de Croydone ante-
 “ dictus, ad ¹personalem et specialem rogatum dicti
 “ Johannis Wellys, Mandatarii certificantis, sigillum
 “ officii nostri præsentibus apposuimus. Data et acta
 “ sunt hæc omnia et singula, prout suprascribuntur et
 “ recitantur, anno Domini supradicto, Indictione decima-
 “ tertia, Pontificatus Sanctissimi in Patris et Domini
 “ nostri, Domini Eugenii, Divina Providentia, Papæ,
 “ Quarti, anno quinto, mense, diebus, et locis, prædictis;
 “ præsentibus testibus superius descriptis, et ad ea
 “ vocatis specialiter, et rogatis; et quoad sigillationem
 “ præsentium, vicesimo quinto die antedicti mensis
 “ Aprilis, anno Domini prædicto.

“ Et ego, Thomas Heyne, clericus Lincolniensis
 “ ²Diœcesis, Publicus, auctoritate Apostolica, Notarius,
 “ citationi dictorum Ricardi Whitman et Margaretae,
 “ uxoris suæ, ac cæteris præmissis, dum prædicto quarto-
 “ decimo die mensis Aprilis, anno Domini, Indictione,
 “ Pontificatu, et loco, prædictis, per dictum Johannem
 “ Wellis, Mandatorum prædictum, agebantur et fiebant,
 “ una cum prænominatis testibus præsens interfui,
 “ eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi, per
 “ alium scribi feci, et in hanc publicam formam redegi,
 “ meisque signo et nomine consuetis signavi; ac manu
 “ mea propria me hic subscripti, rogatus et requisitus,
 “ in fidem et testimonium omnium præmissorum.”

¹ exercitum apparently in MS.² personalem in MS.³ Diœcesis in MS.

Cambridge University Press

978-1-108-04686-2 - Annales Monasterii S. Albani A.D. 1421–1440: A Johanne Amundesham,
Monacho, Ut Videtur, Conscripti: Volume 2

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

“¹ Quo quidem Certificatorio per nos recepto, recep- A.D. 1435.
 “ tisque duobus testibus, et per dictum Magistrum Ja- Verifica-
 “ cobum Cole productis, ac eisdem juratis de et super Letters
 “ recognitione signi ipsius Notarii, ac sigilli prædicti, Certifica-
 “ examinatisque eisdem in præsentia dicti Notarii et tory.
 “ Scribæ nostri, comperimus eos sufficienter deposuisse
 “ quod dictus Thomas Heyne fuit et est Notarius
 “ Publicus, et pro tali tentus, habitus, et deputatus,
 “ sigillumque Decani prædicti recognitum ad tunc;
 “ consequenterque idem Magister Jacobus Cole, Procu-
 “ rator prædictus, accusavit contumaciam præfatorum
 “ Ricardi ² Withman et Margaretæ, uxoris suæ, ut præ- Richard
 “ mittitur, peremptorie citatorum, et nullatenus com- Whitman
 “ parentium; et petiit eosdem, sic citatos, per nos, and his
 “ Compulsorem, quoad executionem dictarum Littera- wife de-
 “ rum Compulsoriarum, in termino et die reputari clared
 “ contumaces, et, in poenam contumaciарum suarum
 “ hujusmodi per nos, Compulsorem prædictum, ulterius
 “ procedendum fore decerni ad executionem exhibitio- by the
 “ nis et aliorum jurium et munimentorum superius
 “ specificatorum. Unde nos, Compulsor prædictus, at- Compulsor.
 “ tendentes petitionem hujusmodi fore juri consonam,
 “ mandavimus et fecimus dictos Ricardum et Marga-
 “ retam, ejus uxorem, sæpius publice præconizari; quos
 “ sic præconizatos, diutius expectatos, et nullo modo
 “ comparentes, pronunciavimus contumaces, et, in poenam
 “ contumaciарum suarum hujusmodi, decrevimus in hac
 “ parte ulterius fore procedendum, juxta hujusmodi
 “ negotii Compulsorii qualitatem, et naturam hujus- Adjourn-
 “ modi, eorum contumaciis in aliquo non obstantibus;
 “ et negotium hujusmodi Compulsorium in statu quo ment of the
 “ tunc fuit continuavimus usque ad et in diem Vene- matter
 “ ris proxime extunc futurum, prorogando terminum Compul-
 “ hujusmodi ad dictum diem Veneris, ad faciendum et sory.

¹ The context is here resumed from Vol. I., p. 408.

² Sic in MS., for *Whitman*.

Cambridge University Press

978-1-108-04686-2 - Annales Monasterii S. Albani A.D. 1421–1440: A Johanne Amundesham,
Monacho, Ut Videtur, Conscripti: Volume 2

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

A.D. 1435. “ exercendum, et fieri videndum et faciendum, eodem
 “ die Veneris, cum continuatione et prorogatione dierum
 “ et locorum, si oportuerit, omnia et singula quæ dicto
 “ vicesimo septimo die mensis Aprilis fieri et expediri
 “ debuissent.

Whitman
and his
wife again
declared
contumacious.

“ Subsequente quoque dicto die Veneris, præfati
 “ mensis Aprilis die vicesimo nono, anno Domini,
 “ Indictione, Pontificatu, in Ecclesia Cathedrali Sancti
 “ Pauli Londoniis prædicta, coram nobis, Ricardo
 “ Cordone, Compulsore antedicto, in præfato negotio
 “ Compulsorio pro tribunali sedente, in præfati Magistri
 “ Roberti Kent, Notarii et Scribæ nostri antedicti, ac
 “ discretorum virorum Rogeri Haxay et Willelmi
 “ Marchaunt, litteratorum, Lincolniensis¹ Dicecessis, tes-
 “ tium ad infrascripta vocatorum, præsentia, compa-
 “ ruit² personaliter prælibatus Magister Jacobus Cole,
 “ Procurator suprascriptorum Dominorum Abbatis et
 “ Conventus Monasterii Sancti Albani, et Domini
 “ Henrici, Vicarii Ecclesiae Parochialis de Rickmers-
 “ worth prædictæ, dictisque Ricardo³ Withman et
 “ Margareta, ejus uxore, publice præconizatis, instanter
 “ accusavit contumacias dictorum Ricardi et Margaretae,
 “ ut præmittitur, peremptorie citatorum, et nullatenus
 “ comparentium, necnon exhibitionem actorum, et alio-
 “ rum de quibus præfertur, videre, aut alia facere et
 “ audire, aut alias hujusmodi termino satisfacere, non
 “ curantium; et petiit eosdem per nos, Compulsorem
 “ antedictum, quoad omnia et singula in dicto die
 “ Veneris fienda et exhibenda hujusmodi, contumaces
 “ reputari, et, in ipsorum⁴ contumaciarum pœnas, per
 “ nos, Compulsorem prædictum, procedendum fore de-
 “ cerni ad executionem dictarum Litterarum Compul-
 “ soriarum, et in hujusmodi Compulsorio negotio pro-
 “ cedendum, prout fuerit justum, ipsiusque qualitas et

¹ *Dioecesis* in MS.² *personaliter* in MS.³ Sie in MS., for *Whitman*.⁴ *contumaciorum* in MS.

Cambridge University Press

978-1-108-04686-2 - Annales Monasterii S. Albani A.D. 1421–1440: A Johanne Amundesham,
Monacho, Ut Videtur, Conscripti: Volume 2

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

" natura exigunt et requirunt. Quos quidem Ricardum A.D. 1435.
 " et Margaretam, ejus consortem, fecimus sæpius publice
 " præconizari, et ipsos, sic præconizatos, expectatos, et
 " nullo modo comparentes, nec hujusmodi termino
 " satisfacere curantes, pronunciavimus contumaces, et, in
 " ipsorum citatorum contumaciæ hujusmodi pœnas,
 " decrevimus in hac parte ulterius fore procedendum,
 " prout justum fuerit, ipsorum contumaciis in aliquo
 " non obstantibus. Ipsisque sic peractis, tunc ibidem Production
 " coram nobis, Compulsore memorato, sic pro tribu- by the
 " nali sedentibus, comparuit¹ personaliter discretus vir, Registrar
 " Magister Johannes Gerebert, Curiæ Cantuariæ Regis- of the
 " trarius, et ejusdem Curiae Registri Custos; volens, ut Court of
 " asseruit, monitionibus nostris alias sibi factis obedire, Canterbury
 " ut tenetur, quamplura et diversa originalia acta et bury of
 " inactitata in præfata Curia Cantuariæ confecta, et in that
 " scripta procuratoria et certificatoria originalia, origi- Court, by
 " nalesque propositiones et instrumenta originalia, per Richard
 " partem dictorum Ricardi Whitman et Margaretæ, Whitman
 " in præfata Curia Cantuariæ producta et exhibita, and his
 " causam et causas, ac partes, in hujusmodi Litteris
 " vestris Compulsoriis descriptas, tangentia et concer- wife.
 " nentia, quæ idem Magister Johannes in Registro
 " dictæ Curiae, ipsiusque notis et protocollis, fideliter
 " recepit et custodivit, realiter produxit et exhibuit,
 " ac nobis, Compulsori prædicto, tradidit et deliberavit;
 " ac receptis per nos, Compulsorem supradictum, pro- evidences
 " bationibus in ea parte sufficientibus, et litteris per
 " testes super hoc juratos, et alias, quod acta signaque,
 " et sigilla, litteris procuratoriis, citationibus, certifi- of proceed-
 " catoriis, et instrumentis, sic productis et exhibitis,
 " apposita, sunt et fuerunt vera, et eorum quorum im- ings taken
 " acta producta et exhibita hujusmodi fuisse et esse
 " dicuntur, infra regnum Angliæ, præsertim Provinciam

¹ *personaliter* in MS.

Cambridge University Press

978-1-108-04686-2 - Annales Monasterii S. Albani A.D. 1421–1440: A Johanne Amundesham,
Monacho, Ut Videtur, Conscripti: Volume 2

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

A.D. 1435. “ Cantuariæ ¹ pro ² authenticis habita, tenta, et reputata,
 “ ipsique subscripti Notarii pro Notariis Publicis com-
 “ muniter tenti, habit, et reputati, ipsa omnia et sin-
 “ gula habuimus et habere voluimus, et pronunciavimus
 “ et decrevimus pro recognitione in poenam contumaciæ
 “ Ricardi Whitman et consortis suæ prædictæ. Et tunc
 “ idem Magister Jacobus Cole, Procurator supranomi-
 “ natus, coram nobis, Compulsore antedicto, sedente,
 “ ut præfertur, pro tribunali, etiam in poenam dictæ
 “ contumaciæ dictorum ³ Ricardi et consortis suæ, pro-
 “ duxit et exhibuit Bullas duas Apostolicas Cœlestini
 “ Tertiæ, more Romanæ Curiæ bullatas, ac multorum
 “ Cardinalium signis et subscriptionibus communitas.
 “ Quibus omnibus et singulis præmissis sic productis,
 “ per nos, Compulsorem prædictum, diligenter inspectis,
 “ ac sanis et integris, absque qualicunque sinistra sus-
 “ picione, ut nobis apparuit, repertis et inventis, ipsa sic
 “ producta omnia et singula dicto Magistro Roberto
 “ Kent, Notario Publico, Scribæ nostro jurato, ut præ-
 “ mittitur, deputato, realiter tradidimus et delibera-
 “ vimus ; eidem, auctoritate Apostolica nobis in hac
 “ parte commissa, firmiter injungentes et mandantes,
 “ injunximusque, mandavimus, et commisimus, quod
 “ eadem sic producta et exhibita, saltem illa omnia et
 “ singula de eisdem quibus pars dictorum Abbatis et
 “ Conventus, ac Domini Henrici, Vicarii antedicti, uti
 “ voluerit, diligenter et fideliter transcriberet sive
 “ transumeret, et exemplificaret, aut sic transcribi
 “ sive transumi, et exemplificari, faceret, nil addito
 “ vel mutato quod facti substantiam ⁴ immutat, vel
 “ variat intellectum ; ac de eisdem, sic transumptis,
 “ una cum eorum originalibus hujusmodi collationem
 “ et ⁵ auscultationem diligentem fieri et haberi ; ipsaque

¹ *per* in MS.² *auctent* in MS.³ *Rocardi* in MS.⁴ This word is doubtful.⁵ *auscultationem* in MS.